

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Potestas q
cum fonte primo

Potencia Domini non minor est
in regno potentissimo transferendo
quam in tugurio pauperis evertendo.
Quis in Grecia potentior fuit
Alexandro? Ei tamen successisse
legitur non suus sed saltatricis filius.
Successorem Iulio Cesari fecit adoptio,
non natura. Cesaree domus totum
relege et reuolue progressum, et inuenies
quia in breui periit memoria eorum et ad
inferos descendentes quoniam a se
scienciam Domini repulerunt et ipsi
repulsi sunt,
eisque heredes aut ignoti aut
extranei successerunt.

Petrus Rauennas in quodam sermone.

Potentia Domini non minor est
in potentissimo regno transferendo,
quam in tugurio pauperis evertendo.
Quis in Graecia potentior fuit
Alexandro, et tamen ei successisse
legitur, non suus, sed saltatricis filius.
Successorem Iulio Caesari fecit adoptio,
non natura. Caesareae domus totum
relege et revolve progressum, et inuenies
quia in breui periit memoria eorum, et ad
inferos descenderunt, quoniam a se
scienciam Dei repulerunt et ipsi
repulsi sunt,
eisque aut hostes, aut ignoti viri et
extranei successerunt.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 67 (PL 207,
col.213B).